



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Centvriæ Selectorvm Casvvm Conscientiæ. I. II. III.tia

Burghaber, Adam

Fribvrgi Brisgoiæ, 1665

79. Sabinvs Iudex causam quæ inter partes æqualis est iuris, non potest, cui lubet, adiudicare, sed diuidere eam debet.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40942

*hum. D. 25. n. 11. Sanch. L. 1. in Decal. c. 16. n. 7. Bonac. D. 1. de Cens. q. 2. pu. 1. n. 4. & nonnulli alij contra Suarez, Coninck, & plures alios. Eandem verò excusare à pœnâ tradunt Nauarr. in sum cap. 23. n. 59. Sanch. L. 1. cit. c. 17. n. 19. Bonac. loc. cit. n. 10. Bresserus L. 5. c. 1. n. 1. & nonnulli apud hos contra plerosque alios. Probat, Tum quia in *cit. c. 2. de animarum.* generaliter dicitur, *ignorantiam, quæ non est crassa, excusare, &c.* Tum quia hîc abest omnis contemptus, qualis requiri videtur ad incurrendam censuram; cùm hæc, inquit Bonac. dicatur *pœna contemptus.* Atque hoc tenendum, si lex Episcopalis *absolutè* pœnam statuerit; quod si terminis similibus *vsq; fa* fuerit: *qui scienter, qui consultò &c.* hoc fecerit, tunc Resp. IV. Melchiorè tum quoq; excusari à pœnâ, etiamsi ignorantiam affectatam habuerit, vt rectè Dian. P. 3. Tr. 6. Resol. 7. cùm sic non prorsus operatus fuerit scienter.*

Ad rationem in oppositum dicimus, eam procedere solùm de foro externo, ubi etiam præsumptionem scientiæ elidere potest Melchior, iuramento ignorantiam suam attestando, vt docent Nauarr. Portel. Afflictus, & alij apud Dian. P. 5. Tr. 14. Resol. 24. contra Bartol. & alios I. P.

LXXIX. *Sabinus Iudex inter partes litigantes reperit æqualis omnino iuris æqualitatem,*
quare

quare rem pro libitu, cui placuit, adiudicauit.

Queritur. An licitè id fecerit?

Affirmat Valent. Thom. & Ioã. Sanch. Sa-
las, Palao Tr 1. D. 2. pun. 10. n. 5. & apud hunc
plures. Negant apud eundem Bannez 2. 2.
quest. 63. art. 4. dub. 1. Suar. Coninc. & alij.

Resp. Cum Arriag. To. 1. in 1. 2. D. 34.
n. 29. si vnus ex illis litigantibus iam habuerit
possessionem rei, potuisse Sabinum Iudicem
omnino illi relinquere; cum ex communi
omnium *melior sit conditio possidentis*; quæ ra-
tio eodè modo procedit, quando de vtriusq;
partis iure est æqualis probabilitas, & aliun-
de vni favet possessio. Ergo tunc non poterit
ex ea deturbari. Quod si verò neuter habu-
erit possessionem, probabilius videri, non po-
tuisse tunc Sabinum adiudicare rem, cui pla-
cuerit, sed debuisse eam dividere; cur enim,
ubi est æquale ius, æqualis non sit distributio?
Atqui eo ipso, quod rationes probantes ius in
hoc & illo sint æquales, ius quoad homines,
qui rationibus solùm diriguntur, æquale eti-
am est in vtroque. Ergo non est licitum tunc
vnum alteri præferre. Atque sic satisfi-
t op-
positis sententijs, & earum rationibus.

LXXX. *Sabinianus Episcopus in statu pec-
cati mortalis subinde consecravit Ecclesias & Ca-
lices. Idem adhuc Sacerdos interdum solenniter
fuit cõionatus: & Diaconus ac Subdiaconus in eo-
dem statu ministravit, Evangelium & Epistolam
cantavit &c.*